np. intensive et penetrative ??s, est dicere, excederet infinitis species, per aliqd gratis ordinis superioris: sic homo per rale superat infinita bruta. Hinc dispuo aliud coerys: eset infinitys sp̄e ng. 2ᵃ grad. ?do.

Ad 3ᵘᵐ, nᵒ maiˢ, q. cum nequeat dari a pte rei, erys vt sic, cois ?hia tenet ēē impolis creara, que n. habeat aliq diffra ?trahentes erys vt si creara illa eset substaā, haberet perseitate, n. eset accidens in alietate, et ecce ig, n. haberet solis proprios esendi, poset que intra eq, creara alia inveberet solis prioris esendi ... alia et alia in infinitus nior dari, cū inter differas individuales, alia et alia in infinitus sit asignabilis.

Alia, sd parvi momenti, que hic obijci posunt alibi ?stabunt. Operara tam, qd D. Aug. diceres: mag ēē fere nihil vix rem, n. loquitur abste, sd solis ?parative ad fras: ad modū quo, creare, ?parative ad Deus, dicuntur nihil, et tam, re vera ēē abste, n. sunt nihil; aliter ēē, creare non esent. Ag. 25 de 113

LIBER IV.ᵘˢ PHISICORVM, DE VBI, ET QVANDO.

DISPVTAO Iᵃ. DE LOCO.

Sectio Iᵃ. dividitur et explicatur locus extrinsecus, realis.

Locus alius est realis, alius imaginarius: imaginarius est, spatius illud, qd a nobis, prius ?cipitur, velut quoddam vacuitas, sive inanitas, vltra ambitus coeli et ante creationē mundi, in quo poterit ?duci ?rita creare distantes inter se: Realis, alius est intrins, extrins alius: intrins est, vbicatio propria per quā res in loco ponitur, de quo postea. Extrins de quo in presenti coiter cū Arle hic cap. 4º. definitur: vltima superficies, corporis ?tinentis immobilis.

Que defō sic explatur: corporis ?tinentis, idest, corporis qd ?tinet, n. ?tenti: neque ēē, locus realis est res locata: ly

---

primo, idem est ac immediate, vt excludatur a rōe loci superficies mediata ipsius corporis ?tinentis: res claret coi exemplo: ponamus vas aqua plenus: corpus ?tentus est aqua que ?tinetur in vase, superficies vasis, que immediate circundat aquā est locus extrins, talis aūm, n. est, nec superficies coeli, nec cubiculi v.g. in quo eset aqua, q.ᵃ nimis solum mediate aquā circundat. Qd aūm,

sic, difficultem ingerit, est ea parla immobilis: ex aliquibus ēē experientiis, videtur, qd locus extrins sepe movetur: sic aportato, hinc, inde, vase, in quo est aqua, movetur superficies vasis; sic etiā, in motu locato v.g. monte, aer immediate illud circunstans, hinc inde movetur: vnde dissidiū est inter Authores, quomodo debeat ēē immobilis, extrins qui in superficie ?sistit.

Tenendus est, cū nris coiter, qd locus extrins, n. est sola superficies, corporis ?tinentis, sd etiā presentia quā ?stituitur in tali loco, et hoc: ?plexus ex vtraque vocat Arlus superficiē immobilis; rāo est q. licet superficies abste sit mobilis, n. aūm presea ipsius, cū sit modus spatii, pro inde que ipsi eseni affixa, sed hinc superficies vt vbicata immobilis est: vnde clare percipitur, quomodo sit immobilis locus extrins. Hinc

etiā ad experientias insinuatas; retur qd tan aqua in vase ?tenta, que mons, mutant philosophice locus extrins, ?ternus tan superficies vasis, que superficies aeris, dūs moventur acquirunt, novas presentias: ast re vera locus extrins n. movetur: qd aūm, vulgaliter dicatur, aquā et montē, manere in eodē loco, ideo est, q.ᵃ vulgariter sumitur locus extrins, pro sola superficie ?tinente, in quo manet aqua, licet hinc inde asportetur loq.ᵃ manet res, in eadem distaā ad aliis rebus in quā erat antea, vt monti immoto, q.ᵈᵒ aer illud circumdans hinc, inde movetur. Sed dices 2ᵃ. 1º: qd est variabile est mobile; sd locus

exĉus est variabilis, variata eê, superficie aeris ambientis te-
rum l. q. variatur locus exĉus ex ipsa superficie constitutus: ergo
locus exĉus est mobilis. 2º. locus dicitur equalis locato, sed
talis non est superficies; caret enim profunditate, qua gaudet
corpus locatum: ergo. 3º. vna superficies est locata per aliam subse-
quentem: ergo superficies non est locus, nam aliter requireretur ad vnum
locum alius. 4º. locus exĉus dicitur immobilis, quia imbibit ordinationem:
ergo non illum imbibat corpus locatum dicetur etiam immobile.

Ad 1um. nego

marem: licet eê, quod movetur, variletur; ast, non eê quod variatur mo-
vetur localiter, ratio est, quia movere localiter, est de vno in alium
locum transire; ast autem, ordinatio, qua constituitur locus, nequeat tran-
sire de vno in alium locum, nequit locus moveri localiter, pro-
inde quae non est mobilis, variari autem, solum est, quod loco vnius
superficiei succedat alia, quod ita eveniet per defectum ordinationis,
quia variata, nequit, non variari, haec vero superficies.

Ad 2um.

distinguo maiorem: equalis, quo ad continentiam locati concedo; quo ad reliqua
nego: equalitas requisita, inter locatum et superficiem, sufficienter
salvatur, eo quod haec habeat latitudinem. Ad 3um. concedo ant. nego cons.
quae non convincitur probatione adiuncta: eo eê, quod ad vnum locum
alium requiratur, non arguitur processus in infinitum, nam tandem deve-
nitur ad vltimam superficiem coeli Empyrei, ad quam non datur alius
locus exĉus.

Ad 4um. concedo entimema nego tamen suppositum consequentis: nam eê
per hanc vocem: locatum, vnice intelligunt corpus specificative
sumptum, non autem, corpus reduplicative prout affectum ordinatione. Demum
observa, nullum eê inconveniens in eo quod, ordinatio quae est locus intrinsecus
constituat in ratione superficiei loci exĉi, aliud corpus continentis.

Sectio IIª de Vacuo.

Post ... ante ... locus realis exĉus, in va-
cuo et centro ... Centrum seu centrum ... dicitur, quia quodlibet terrae
eque distans ab omnibus partibus circumferentiae coeli, ... ora corpora
gravia inclinant propensione nativa, et ex quo dicitur terrae firmitas
et stabilitas, et modus huius est, quia omnes terrae partes inclinent in
centrum, in centro quiescit, ... quae eius impetus.

Sermo hic praecipue

de vacuo, non vulgariter sumpto, et in eo sensu, in quo ingeniosus Owen
festive cecinit epigram. 2º. eê in natura vacuum cur affirmare negastis
cui tam ingenium, tam sit inane caput? sed philosophice accepto quem
Aristoteles sic definivit: locus non repletus corpore, sive nullum corpus continens.
et de quo dubitatur an possit dari in natura?

Rº cum com. naturaliter dari,

non posse, posse tamen divinitus. Constat 1ª pars, ex crebra naturae anxietate ad
vitandum vacuum: vnde oritur tritum illud, nihil vacuum in natura: sic vi-
demus aquam, attracto, per fistulam aere sursum ascendere, sic densatur
per ignem aere, intra vitreas phialas, vulgo ventosas, caro attrahitur
sursum, et intra ipsas conglobatur et alia huiusmodi quae in natura
patrantur, ne maneat locus vacuus. Videantur DD. Conimbricenses
hic, cap. 9º, q. 1ª.

Ratio autem desumpta ex Aristotele, lib. 4 de metheoris, est
quia res sublunares, indigent Coelorum influxu ad sui conservationem et operationes:
hunc autem influxum recipi nequit, nisi contigua sint ipsa corpora sub-
lunaria. coelum eê, agentis in distans, parum agendo in propinquo; et
sic transit influxus ab vno ad aliud, ast ex vi contiguitate nequit
stare locus vacuus.

Hinc videmus, quod cum bonum vniversi naturae quale est con-
servatio, rerum sublunarium, debeat praeferre bono naturae particulari ideo res ali-
quae corpora gravia l. q. 2ª. suae inclinationes sursum ascendunt, vt vacuum
vitetur, providentia quae fortiori ex... vniversi naturae. 2ª pars, constat
nulla eê, ostenditur repugnantia in eo quod Deus destrueret omnia cor-
pora, intra parietes huius aulae, quin aliud de novo corpus
ibidem poneretur.

Ex dictis infertur 1º, quod res ad vitandum vacuum mo-

bentur à se ipsis ratione inclinationis, quam habet ad procurandum bonum commune, sine quo staret bonum particulare ipsa; clarius tamen, videtur dicere, quod moventur ab agente, quod aufert aliud corpus in cuius locum succedunt. sic aqua v.g. sursum attrahitur ab eo, qui aufert aerem à fistula.

2º quod corpus posset moveri in loco vacuo. transiret esse de loco inco in locum inus, sive de vocatione, in vocationem, imo facilius moverentur, cum darentur corpora inter medium, eius motus retardantia. 3º quod corpus, indivisibile moveretur in loco vacuo, motu successivo ratio est, quia si vnico instanti moveretur, 2as, omnes suas partes ab angulo A. v.g. huius aulæ, ad angulum B in eo ipso instanti, esset in partibus B, et pro inde, in vno instanti esset 2as se totum, quin pluribus, quod impossibile naturaliter. Sed dices 1º:

si vas æneum, vndique obseratum super novem constituatur, aqua contenta in vase, congelabitur, reducetur que ad minus spatio: ergo relinquet aliquis locus vacuus. 2º: si vas, cinere plenum, impleatur aqua, hæc non redundat: ergo, quia ibi erant aliquis vacuitates, quas occupat aqua. 3º: si duo corpora, divinitus ponerentur in vno loco, alterius locum corporum alterius maneret vacuus: ergo.

Ad 1um concesso antecedente, nego consequentiam, quia spatium occupatur à subtilibus vaporibus, quos efflat, aqua congelata, vel si hoc, ita non sit retur quod vas, licet æneum, frangetur, aut aqua, non congelabitur. Ad 2um concesso antecedente, nego consequentiam: cinis enim, habet poros, quos occupabat aer, dum aqua infunditur expellit aerem, succupatur ab ipso. Similiter, quia in vas aqua plenum immergitur aureus nummus, licet aqua, non effundatur redundat supra vasis labra, occupat que spatium, prius occupato, ab aere ambiente. Ad 3um retur, quod tunc, vel maneret locus vacuus, divinitus, vel Deus vt author naturæ produceret in loco relicto aliud corpus.

Sectio IIIa. quot sint spatia imaginaria, et an Deus in illis existat?

In re de se obscura, imo captu difficili imo magna ex parte de nomine, equitas et ratio postulat vt sequatur quod communius est, et clarius. Hoc supposito, omissis aliis sententiis, quæ apud suos Patro-

nos videri possunt, conformius ad principia alibi statuta, Dico 1º: spatium imaginarium, nil aliud est ex parte rei, quam vlimæ superficies solæ quibus vltimæ partes corporum, vel ipsa corpora possunt constitui, inter se distantia. ita Eximius l. Neer, disp. 51a metaphysicæ, sec. 1a Fasolus, S. Cruz et alii.

Probatur: spatium imaginarium est spatium illud, quod potest acquirere corpus per motum localem; sed per motum localem, non potest acquiri, locus ipse realis. et solum possunt acquiri, seu produci præsentiæ quibus corpora sint in tali loco, constituantur vel, inter se distantia: ergo. hinc apparet, quod inanitas, et vacuitas illa, quæ dicitur spatium imaginarium, et illa nobis depingitur, instar alicuius spatii realis, occupabilis, immobilis et immensi, nil est aliud physice et ex parte rei, quam agregatum præsentiarum possibilium. Confirmatur et declaratur ea amplius explicando; spatium imaginarium aufertur, eo quod ponatur actu superficies realis, et eo quod hæc auferatur dari illud; ad modum quo, possibilitas rei, aufertur, eo quod ponatur actualis rei existentia, et eo quod hæc auferatur dicimus solum dari possibilitatem rei: ergo spatium imaginarium consistit in ipsis superficiebus pure possibilibus, quas tamen, vt actuales depinximus.

An constat, ex eo esse, quod supra cælum Empireum, nulla detur superficies realis actualis, dicimus ibi dari spatium imaginarium, et infra cælo, vbi dantur superficies reales, dicimus, non dari spatium imaginarium; sed dandum esset, si nimirum, destrueret Deus, omnia corpora producta, quæ ad modum, datum fuit, antequam Deus, talia corpora produceret: ergo. loca item liquet, vi paritatis exempli: constat esse, 2a dicta, quod possibilitas rei, nihil est aliud ex parte rei, quam ipsa met grata rei, postea existentia.

Dico 2º: Deus, non existit in spatiis imaginariis. Ita plures Sti. DD. et alii DD. tum Nostri, tum Extranei passim citati. Probatur: Deus, non existit actu, nisi in spatio sibi coexistenti; sed spatia imaginaria, non coexistunt Deo: ergo. Maior constat, nequit esse Deum existere actu in loco, qui non est actu: sic, non existit actu in mundo pure possibili.

Probatur minor: nequit coexistere Deo, quod vere et proprie non existit, sed solum 2as quid; sed spatia imaginaria, non existunt